

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[m]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De precibus imperatori offerendis. & de quibus rebus supplicare liceat: &
ubi. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

quocumque errore solum non repetatur. dicens quod sententia ab solutoria tollit ciuilem, & naturalem eo modo tangit. & si dica tur licet non tangat. & sic non elidat, videtur adhibenda distinctio de qua hic ipse respondet. ¶ Ista distinctio procedit in naturali obligatione, quae nunquam fuit iuncta cum ciuili. ut in exemplis supra positis nec vnquam peperit actionem. illa enim non est ita efficax ut impediatur repetitio soluti per errorem facti. sed quia de semel fuit iuncta cum ciuili. & produxit actionem. & postea per sententiam tollitur ciuilis, non propterea tollitur actio, sed re manet in virtute naturalis solius. quod patet ex eo quoniam ex ceptio iudi. est proprie exceptio: & sic praesupponit actionem. quia igitur naturalis non est elisa, nec in aliquo tacta per senten tiam. & habet actionem secum. licet illa sit elisa, est fortior quam illa quae non habet actionem secum, ut impediatur repetitio. soluti etiam per errorem facti, & est subtilis imaginatio sua, & plus pla cet quam illud quod ipse notat hic: quia concordat cum ista gl. ¶ Docto. autem ponunt alia exempla de exceptione inducitur ad iuris rigorem conseruandum, scilicet in exceptione litis penden tis. Item in exceptione quam habet fideiussor ex epistola diui Adria. ut diuidatur actio. Itē in exceptione quam habent plures rei debendi ex noua constitutione, ut diuidatur similiter actio inter eos. & dicunt quod tutus tali exceptione soluens etiam per er rorem facti non repetit: est etiam tertius casus, quando esset de bitum quod crescent per inficiationem: ut laquillae: nam solu tum quocumque errore non repeteretur. quia videretur solui ra tione cuiusdam tacitae transactionis: ut s. e. in j. glo. mag. in qua to contrario de l. si is cum quo. ff. de confes. & j. de condi. inde. l. ea que. & sic collige quod interdum indebitum quocumque erro re solum repetitur, & solum denegatur repetitio, quando sciē ter. ut in primis casibus: interdum quocumque errore solum non repetitur: ut in ultimis casibus si scienter, ut in ultimis casibus inter dum distinguitur an sit solutum per errorem iuris & ex certa sciētia & non repetitur. An per errorem facti. & tunc repetitur in casu hu ius legis, cui addidit etiam alium. distinctiones autem gl. redu cuntur ad hoc. quod quoddam est indebitum ciuilitate, & natu raliter debitum. quoddam econuerso indebitum naturaliter, sed ciuilitate. debitum quoddam utroque iure indebitum: quoddam vero indebitum per exceptionem. licet debitum utroque iure in spectu obligatione. & ista est principalis distinctio. Secunda sub distinctio est, quia ultimum membrum de eo quod est indebi tum ope exceptionis. subdistingue in alia quatuor. quia illa ex ceptio vel est temporalis, vel est perpetua, vel est dubia. an sit tē poralis seu perpetua. quod ultimum in dubio praesumitur. ut in l. i. ff. de condi. indebi. vel est inducitur ad iuris rigorem con seruandum. Item ultima subdistinctio. quia secundum membrū praecedens scilicet quando exceptio est perpetua, subdistingui tus in duo. quia vel est fauorabilis, vel est odiosa. Sed quicquid boni ex praedictis sumi potest superius dixi: quia omnia praedi cta verba reducuntur ad illa de quibus dixi, & ad illos casus. Pos tremo gloss. opponit contra primum membrum primae distin ctionis, quando est indebitum ciuilitate, sed naturaliter debitum: & etiam contra tertium, quando nullo iure est debitum. constat enim quod in dictis casibus datur exceptio, & illa est perpetua fauorabilis: ergo quocumque errore solum deberet posse repe ti per id quod dicit gloss. in ver. [si autem est utroque iure debi tum.] & respondet glo. quod proprie loquendo non dicitur exce ptio, quia exceptio est actionis exclusio. ergo ubi non competit actio, proprie non est exceptio. sed improprie. scilicet intensionis. Tale igitur non dicitur indebitum ope exceptionis. quando au tem competit actio mero iure. tunc dicitur exceptio. ut in mace doniano & velleia & tunc dicitur adhiberi distinctio de qua in illo ver. [si autem.] an sit fauorabilis vel odiosa. & in primo ca su non habet locum ista lex, imo indistincte repetitur quocumque errore solum. sed in secundo sic. Cetera vide hic per Docto. quia non sufficerent sex lectiones ad recitandum ea quae hic tan guntur.

De precibus imperatori offerendis. & de quibus rebus
supplicare liceat: ubi.

Rubrica.

¶ Casus in quibus seruus habet legitimam personam.
Lausabiles fides seruus vindicantis necem domini sui.

LEX

I.



Licet seruilis. ¶ Re.

ptum impetratum a seruo super necem domini sui valet. quia licet realiter sit inhabi lis ad impetrandum, quantum tamen ad hoc est habilis: & etiam ad accusandum de necem domini. hoc dicit. ¶ Et sic not. casum in quo seruus habet legitimam personam. & sic alibi infra si per vim vel alio modo. l. j. Item not. laudabilem fidem serui vindica tis necem domini sui.

¶ In clausula non obstante. an debeat fieri expressa mentio de lege disponente contra rium an autem sufficiat generaliter dicere non obstante quacumque lege contrarium disponente.

Tollere totum ius alterius non pertinet nisi ad supremum principem, qui non recogno scit superiorem.

¶ Dilatio si conceditur debitori meo per principem, an interim teneatur mihi ad usuras? An interim praescribat contra me?

An ista concessio facta debitori prodest fideiussoribus suis?

¶ De quanto tempore possit peti dilatio, & si excedat quinquennium, quod rescriptum reddatur in totum nullum.

LEX

II.

Voties. ¶ Rescriptum per quod conceditur vel tol litur dilatio temporis permittitur impe trari. & impetratum tenet: non sic in illo per quod totū ius alterius absorbetur. h. d. & semper allegatur. In tex.

ibi, [moratoria praescriptio]. i. dilatoria exceptio. In tex. ibi, [man datur]. i. permittitur supplicari per hoc. & per consequens con fessio facta ad talem supplicationem valet secus in casu sequen ti: ubi prohibetur postulari, ergo confessio facta ad talem postu lationem prohibitam non valet: quia cuius prohibetur petitio, eiusdem facta confessio non valet ipso iure. ut j. de peti. bo. subla. l. j. lib. x. Et ideo hoc no. in gl. j. Circa primam partem quando tol litur vel conceditur dilatio temporalis, valet: intelligi etiam si in re scripto non contineatur clausula non obstante quacumque. l. qui nullo la. l. obstat, cum illa permittat hic impetrari: secundum vero de cū q non valet. debet intelligi nisi in rescripto contineatur dicta clau sula non obstante. quo tamen casu distinguitur an princeps tol lat id quod est de iure ciuili, ut actionem: & valet: quia potest hoc facere an id quod de iure gentium, ut dominium, & tunc non va let: quia non potest hoc auferre nisi ex causa, & pro bono rei pu blicae. & tunc etiam debet prouidere illi de pretio. ut in l. Item si verberatum. §. j. ff. de rei vend. & hoc vult gloss. mag. in ult. q. que concernit istam secundam partem: & non primam sed aduerte. quia ista distinctio videtur contra istum text. qui prohibet tolli exceptionem peremptoriam. nam illa videtur de iure gentium si oritur ex pacto de non petendo: vel ex solutione facta. & gloss. vi detur sentire quod si continetur clausula non obstante, valeat re scriptum dum specialiter loquitur de dominio. dicens quod non valeret si illud tolleretur. Praeterea licet actio sit de iure ciuili, oritur tamen ex contractu. qui est de iure gentium. unde videtur quod non possit tolli sicut nec ipse contractus. Innocen. tamen videtur stare cum ista distinctione in c. quae in ecclesiarum. de consuet. de ista materia tractatur per Cyn. j. eod. l. rescripta. & per

Bart. in l. fina. j. si contra ius vel vi. publi. dic ut ibi. ¶ Et etiam an requiratur quod in clausula non obstante fiat expressa mentio de l. disponente contrarium, puta non obstante. l. quoties. C. de pre ci. impe. offe. An sufficiat generaliter dicere non obstante quacū que. l. contrarium disponente. & ista pars vltima communiter ibi tenetur. per ea quae habentur in l. si quis in princip. testamenti ff. de leg. iij. Adde vnum quod est notandum. nam dicit hic Alber ri. quod tollere totum ius alterius non pertinet nisi ad supremum principem qui non habet superiorem: ut est Papa, vel Impera tor. Inferior vero qui superiorem recognoscit, ut sunt Comites, & Marchiones, qui recognoscunt ecclesiam, ut Marchio ferra riā & similes, non possent etiam si in eorum rescripto continere tur clausula non obstante. & etiam si esset casus in quo Impera tor posset tollere. & allegat Archi. hoc tenentem. xxv. q. ij. in sum ma gloss. & ego habui consulere isto anno in ciuitate Pergami. quia dominus Pandulphus tempore quo ibi dominabatur per suum rescriptum liberauit quendam partialem suum ab eo in quo tenebatur alteri pergameni. dixi quod non valebat rescripto

c 3

Pauli de Castro Prima super Codice.

a Duce Mediol. & quod dux Mediolani in terris suis exerceat vires imperij adde eundem. Pau. de cast. in cōs. ex. vi. per totū. & maxime in sing. inci. consil. super primo dubio videtur dicendū. & ibi q. pōt auferre ius ter. tū. & per Alexan. de lmo. in cōs. ij. co. iij. in j. volu. Cur. & tu adde cōs. Pau. de ca. & in prima parte cōs. nouorū. Et prædictis adde quæ pulchre dicuntur d. meus do. Bart. Sozi. in suo consilio. elviij. col. fi. & Aret. in c. as si clerici. §. de adulterijs. de iudi. S.

b De quanto tempore. Adde Bal. in l. fin. C. qui admit.

c Sine septē testib. An valeat testamentum cum duobus testibus & notario parochiano vide per Io. in addi. Spec. titu. de instru. ed. in §. compendiosē. Doct. in c. cum elles. de testa.

ptum, etiam si ipse fuisset iustus dominus, & cū iusto titulo habito ab impetratore, cū ipse recognoscat imperatorem in superiorē & omnia faciat tanquā eius vicarius. & idē esset dicendū de duce Mediolani qui facit vt dux. & sic nomine imperij. quia hoc nō pertinet nisi ad supremū principem. secus in illis comitatibus q. de facto nō recognoscūt superiorē, sed regunt semetipsos absq. vicariatu imperatoris, sed proprio quia ille obdineret principatum supremū in eorum territorio, & loco principis habetur. vt not. Cyn. in l. ea lege. ante si. j. de cōdi. ob cau. & Bar. in l. hostes. ff. de captiuis. Tene menti. quia est quotidianū: vt dixi. ¶ Circa primā verō partē. Cy. mouet hic aliquas q̄stiones. videlicet si per principē cōceditur dilatio debitori meo. an interim teneatur mihi ad vsuras. Itē an interim præscribat cōtra me. Item an ista cōcessio profit fideiussoribus suis: vt possit cōtra me obijcere exceptionē dilatoriam tempore. de quibus dic vt plenē per eū notabiliter loquitur secundū Pet. & semper remittitur ad eius dicta. Extra Cy. quæro de quanto tempore possit peti dilatio. breuiter puto modico tempore. per rationem positam hic in prin. gl. quia in mora modici temporis nō est magnū periculū vel damnū. vt in l. si debitori. ff. de iudi. & in illa ratioe fundatur iste tex. vt patet ex ratione posita in secūda parte. dum dicitur sine graui partis alterius dispendio. Jā contrario sensu. puto aut modicū tēpus debere determinari prout habetur in simili in l. si. j. qui bo. ce. pos. scilicet in dilatione quinquēnarij. & quando excederet, diceretur afferre graue præiudiciū. sed an tūc redderet rescriptū in totum inutile. an verō esset vtile, vsque ad quinquēnium. puto primam partem esse veram quia petitur vnum tempus indiuisibile. ar. eorum quæ no. in l. si sponus. §. generaliter. ff. de dona. inter vir. & vxor. iuncta. l. scire debemus. de verbo. oblig.

a Quando per legem expresse prohibetur impetratio, in quo differat iste casus ab alio quando non prohibetur, expresse tamen impetratio est contra tenorem legis, ad hoc ut rescriptum videatur nullum.

L E X I I I.

I Ec damnosa. ¶ Primū dictū huius. l. v. posse intelligi etiā si rescriptū in modicum esset damnosum fisco. vt si cōcederet modicā dilatiōē in præiudiciū fisci debitori fiscali. vt distat à priuato. vt s. l. prox. Item procedit nisi cōcederet indulgentiam poenę delicti antequam poena esset exacta per fiscū. nam in hoc non censetur rescriptū esse fisco damnosum. vt j. e. l. rescripta in fi. secus si poena esset exacta, vel bona cōfiscata. vt est casus in l. j. de peti. bo. subla. gl. aut hic ponit exemplū qñ contineret graue præiudiciū fisci. & vult tūc etiā si cōtineret clausulā, nō obstante quacūque. l. cōtrariū disponente. non valeret rescriptū. nisi si sequeretur secunda iussio. l. secundū rescriptū idē cōtinens. Et idē dicit quidā vbiq̄ue impetratio expresse per l. prohibet. vt in casu. l. pced. qñ tollit ex toto ius alterius. & in l. ij. §. de sum. tri. vt requiratur secunda iussio. & non sufficiat clausula non obstantē secundū Iac. de Raue. vt no. Cy. in l. si. j. si contra ius, vel vti. pu. Pet. contra. q. sufficiat clausula: nec requiritur secunda iussio: nisi quādo tēdit in præiudiciū fisci. & hoc magis placet. ¶ & si quæ ratur in quo ergo differt iste casus qñ per l. expresse prohibet impetratio, ab alio qñ nō prohibetur expresse, tamē impetratio est cōtra tenorē. l. puta q. Pupillus possit testari. nā etiā dicto casu videtur esse rescriptū nullū. vt in isto tex. dū dicitur [iuri cōtraria.] vt in d. l. rescripta. quod est intelligendū nisi cōtineat clausulā nō obstante. Rñdeo quia qñ non prohibet expresse impetratio. licet rescriptū esset cōtra tenorē iuris, si tamē neminē offenderet, & p. dasset impetranti, valeret etiā sine clausula p̄dicta. vt in d. l. rescripta. ver. nūl fortē per quē etiā iste tex. limitatur. dū dicit. [nec iuri cōtraria.] vt intelligatur scilicet qñ aliū lædent. quia tūc nō valēt nisi cū clausula. sed si expresse prohibetur impetratio, tūc etiā si aliū nō læderet nō valeret rescriptū sine dicta clausula. vt not. in

d. l. rescripta. sic ergo recollige. aut rescriptū est dānosum fisco. & tūc nō valet etiā cū clausula. sed expectat secūda iussio. & etiā si modicū esset dānosum: licet secus in priuato. aut nō est dānosum fisco. sed priuato. & tunc aut parum, & valeat etiā sine clausula. aut multū. & tūc non valeat nisi cum clausula. & hoc si est casus in quo non prohibetur expresse impetratio. aut nulli est damnosum. & valet, etiā si sit contra tenorē iuris. vt in d. l. rescripta. ver. nisi vti quis impetrauit q. posset facere testamentum sine septē testibus. & cū quinq. hoc em nulli nocet. & tamē est cōtra dispositionē iuris. valet etiā sine clausula. vt in l. si qñ. j. de inoffi. test. si verō phibet impetratio expresse, tūc nō valet sine clausula: etiā si nulli noceat, quia præsumitur per fraudē impetratum. vt s. de sum. tri. l. ij. & ibi no. in glo. super verbo per fraudem.

- a** Habens dilatiōē soluendi à principe, non potest ea uti, nisi satisfecerit cum fideiussoribus de soluendo adueniente termino. & idem si habet à testatore: & an possint præstari fideiussores post rescriptum? & nu. s.
- 3** Quid si habeat dilatiōē à lege?
- 4** Quid in eo qui habet dilatiōē à parte contrahente, quod non teneatur dare fideiussores nisi superueniat noua causa suspitionis?
- 5** In dilatiōibus in quibus teneatur præstare fideiussores, si non potest præstare, exigitur debitum de iusta utilitate medij temporis. & quid si non vult præstare?
- 6** Quando lex uel statutum mandat fideiussores præstari, aliis annullat actum. intelligitur si petatur.
- 7** Quid in iuramento calumnie, quod nisi præstetur non ualet processus, quod hoc intelligatur si fuerit petatum.

L E X I I I I.

Niuersa. ¶ Obtinēs dilatiōē à principe per rescriptum, non potest ipso gaudere vel vti, nisi ipse satisfecerit cū fideiussoribus de soluendo adueniente termino. h. d. nota. si ergo per concilium ciuitatis fiat reformatio quod mercatores habentes pecunias alienas in depositum non possint grauari vel compelli ad soluendum. prout fecit cōtras Florentiæ durante guerra. poterunt tamē creditores petere dari eis fideiussores. per hanc l. vbi est casus. nisi etiā in reformatione cōtineat cōtrariū. ideo sint cauti dicta tores reformationum. vt faciant hoc reformati & apponi. & veniat ista. l. ad limitationem. l. quoties. in primo casu. s. e. vbi debitor potest à principe impetrare dilatiōē ad soluendum. ¶ Not. ergo ex ista. l. primò quod habens dilatiōē soluendi à principe nō potest ea vti, nisi satisfecerit cum fideiussoribus de soluendo adueniente termino. Idem si habeat à testatore: vt in legatis relictis in diē, vel sub conditione. l. inter omnes. ff. qui satisf. cogant. & in toto tit. vt lega. no. ca. ff. & C. Idem si à iudice: vt in l. ij. §. sed & si dubitetur. ff. de iud. in ver. competentis cautela. ¶ Quid autem si à lege. dicit Cy. & Bal. q. tunc sufficit q. caueat nuda cautela sine fideiussoribus. vt in §. sed & si dubitetur. Certē ipsi videntur loqui contra tex. in l. si constante. §. quoties. ff. lo. ma. vbi maritus habens dilatiōē legalē ad restituendam dōrē debet interim cum fideiussoribus cauere. Fallit in casu. d. §. sed & si dubitetur, per rationē ibi positam. quia ibi petebatur cautio à forense, cui erat difficile reperire fideiussores. Nos loquimur quādo à ciue vel incolā. ¶ Itē quid in eo qui habet dilatiōē à parte contrahente vt si promissit mihi soluere hinc ad annū, vel purē: & postea fecit tibi pactum de non petendo hinc ad annū, an interim possum petere q. des fideiussores. hic est distinguendum. aut superuenit noua causa suspitionis, & possum: aut non superuenit, & tunc secus: quia mihi debeo imputare cur dilatiōē feci. & iste est casus in l. in omnibus. ff. de iud. & in l. si creditores. de priui. cre. & prout in prin. l. si is à quo. §. si cum. l. seq. in præcedentibus casibus non requiritur quod causa de nouo superueniat. ¶ Quid aut si in illis in quibus tenetur præstare fideiussores, nō pōt præstare. Dic q. existit debitū deducta utilitate medij temporis: sed si præstare non vult, existitur nulla facta deductione. vt in d. l. si constante. §. quoties. vbi est tex. no. secundū Cy. Sed opponitur contra tex. dū dicit. [nō aliter valeant.] nā aut rescriptum à prin. fuit ipso iure nullum: quia nō erāt præstiti fideiussores, & tūc licet postea præstarent, nō reconvalescerent. vt in l. q. ab initio. de re. iur. cuius contrariū videtur esse de mēte huius. l. quæ vult q. possint præstari post rescriptū impetratum: aut rescriptum à principio valuit. & tum licet post ea nō præstaretur, nō deberet irritari. vt in c. factū legitimē. de re. iur. lib. vj. & sic iste text. videtur implicare contradiciōnem. tūmore cuius Pla. dixit quod erant præstandi ante impetrationem & nisi fuerint præstiti, non valebit rescriptum ab ipso initio: nec

nec reconualecet ex post facto: sed hoc est contra mentem huius loquar sentit q̄ debeant prestari post. ideo gl. sentit q̄ rescriptum ab ipso principio fuit validum: tamen non potest eo uti nisi prestat fideiussores. & si non prestat, non est nullum ipso iure. sed per exceptionem. quare glo. semper allegatur q̄ qñ l. vel statutum mandat aliquid fieri post actum celebratum. & nisi fiat dicit actum non valere. q̄ debet intelligi non ipso iure sed ope exceptionis. ut si dicat testamentum vel contractum aut instrumentum debere insinuari. & nisi fuerit insinuat non valeat: quia illa insinuatio venit sienda post actum celebratum. licet per multum tempus steterit q̄ non fuerit insinuat, non est nullum: sed semper poterit insinuari, & insinuatione facta poterit quis uti: nisi apponatur in statuto certum tempus intra quod debeat fieri. nam eo elapso irritabatur ac si dicit q̄ sit nullum. & ista faciunt ad questionem de usurario manifestum, cuius testamentum non valet nisi presterit cautionem de restituendis usuris. ut in c. quaquam. de usu. lib. vj. nam illa cautio non est de forma testamenti. quod patet: quia ea quae sunt de forma debent intervenire in ipso actu obligati. §. tutor. insitit. de aucto. tut. sed illa cautio potest prestari ante factum testamentum. & tunc valeret sine dubio. in d. c. ergo & eodem modo potest prestari post factum testamentum ex interuallo. licet illud c. dicat testamentum non valere si quousq̄ dixit cautionem non presterit. & sic est in praecedenti quousq̄ vivit. & ita determinatur per Doc. ibidem. & per Bar. in l. filio praeterito. in fi. de iniust. test. post mortem vero si presteretur per heredem, non faceret reconualecere testamentum: sed prodesset hic duntaxat ad sepulturam. ut not. per gl. in c. de usu. ¶ Ultimò not. glo. dum dicit si adversarius postulet. quia perpetuo tene mentem. q̄ qñ l. vel statutum mandat fidei iuraciones prestari, alias annullat actum. puta q̄ qñ forensis agit contra eum teneatur prestare fideiussores, de expensis solvens. alias non valet processus. ut dicit statutum huius civitatis forensis agit, & non prestatit, quia non fuerunt petiti. opponebatur q̄ processus erat nullus. ego dicebam non esse verum si non fuerint petenti pars adversa dicebat contrarium quod illi incumbere hoc onus. & quod debebat offerre si volebat admitti. certe hic est gl. iunctio text. pro eo quod ego dicebam bene facit l. peto. §. fratre deleg. ij. ubi dum dicit si cautio non fuerit postulata. ¶ Et quod habetur in iuramento calumniae. q̄ nisi prestatetur non valet processus. nam est verum si fuerit petendum. alias secus. ut not. in l. q̄ sed quia veremur. j. de iura. cal. & co. ti. c. j. lib. vj. & vide hic ad ea quae dixi in praecedenti articulo no. per Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. de ver. obli.

¶ Si differentia inter appellationem & supplicationem. & nu. 3.

¶ Quando non possit appellari non supplicatur nisi semel. & quando etiam non possit supplicari.

¶ Per supplicationem non rescinditur sententia. sed potest mandari executioni ea pendente.

LEX V.

Si quis. ¶ A sententia praefecti praetorio non supplicatur nisi semel. h. d. Premitte q̄ a sententia principis, vel senatus, vel praefecti praetorio propter excellentiam dignitatis non appellatur. ut ff. a quibus appell. non lic. l. j. nec a sententia concilij generalis. ut s. de summa trinit. l. nemo clericus. & ibi not. in gl. que incipit primū dubium. Potest tamen a sententia praedictorum supplicari. ut j. de sen. praef. l. v. nica. & differt appellatio a supplicatione, quia per appellationem conqueritur appellans non solum de sua simplicitate seu negligentia. vel de dolo adversarii. sed etiam potest contra de iniquitate iudicis. sed quando supplicatur, non conqueritur de iniquitate iudicis, sed de primis duobus, sicut quando petitur in integrum restitutio. ut in l. praefecti. ff. de mino. & not. in Spe. de supplic. §. ij. ¶ Item differt in eo quod dicitur in hac l. quia qñ potest appellari, bis appellatur. sed quando non potest appellari, non supplicatur nisi semel. ut hic iuncta l. v. nica. j. ne lic. ter. pro. uo. Item in alio. quia per appellationem rescinditur pronuntiatio. & per consequens impeditur sententia executioni mandari. ff. ad turpil. l. j. in fi. & l. furti. §. j. de infami. & nil inno. ap. interpo. l. j. sed per supplicationem non rescinditur sententia. ideo etiam ea pendente potest executioni mandari: secundum formam tamen auth. hic posita. tunc autem permittit supplicare adversus sententiam, qñ in privilegio iudicantis denegatur appellatio. ut in personis supra dictis. sed qñ denegatur de iure cōi. ut quia renūtiasset appellationi tacite vel expresse, non admitteretur supplicatio. ut j. ut

lit. pen. l. si. vel si bis appellasset. & sic non licet iterum appellare. nam nec supplicare. ut j. ne lice. tertio prouo. l. id equa glossa hic opponit. Item si ex qualitate causae. ut si statutu diceret q̄ in causis criminalibus non summarijs non appelletur. vel si princeps committeret causam appellatione remota. in istis enim sicut non posset appellari. ita nec supplicari. ar. iurium praedictorum.

¶ Tempus praefixum a lege ad aliquid faciendum, dicitur concernere formam actus. & quod sit non servato tempore dicitur fieri contra formam.

¶ Si datum est arbitrium potestati super maleficijs puniendis: an possit prorogare tempus statutum per statuta ad accusationem porrigendam, vel ad formandam inquisitionem?

¶ Appellatio semper fit ad superiorem. sed supplicatio potest fieri coram eodem, dummodo fiat infra decem dies. & in hoc habet similitudinem cum restitutione in integrum, & etiam in alio: quia pendente restitutione in integrum fit executio praestitis fideiussores.

¶ Pendente causa nullitatis, an impediatur executio sententiae?

¶ Appellatio an possit porrigi notario iudicis appellationis absque praesentia ipsius iudicis. & quid de instrumentis causae, & quid in productione testium?

¶ Si non potest appellari post decem dies, an etiam nec supplicare. an autem possit supplicari infra biennium?

AUTHENTICA.

Quæ supplicatio. ¶ Si supplicatur a sententia praefecti praetorio. j. decem dies a tempore latae sententiae potest supplicatio porrigi coram ipso, eodem praefecto, vel coram officialibus suis. & tunc ipse idem praefectus cognoscit de causa supplicationis, nec interim mittit sententiam executioni, nisi praestitis fideiussores de restituendo si contingat supplicantem obtinere. si vero supplicatur post decem dies, potest sententia executioni mandari sine datione fideiussores. remanente tamen salva causa retractationis sententiae. & etiam executioni si contingat supplicantem obtinere. h. d. Adde ad hoc ultimum q̄ supplicatio non est porrigenda coram ipso praefecto, vel suis officialibus. sed coram principe. & potest supplicari. j. biennium. quod datur ad supplicandum. & etiam ad causam finiendam. ut j. de sen. praef. praeto. l. v. nica. In tex. ibi, [offerenda est] subaudi si vult q̄ per eundem praefectum cognoscatur. & non habet necesse adire principem. vel si vult q̄ executio non fiat nisi praestitis fideiussores. alias potest supplicari etiam post. x. dies. & j. biennium. ut patet ex fi. & ex dicta. l. j. j. de sen. praef. praeto. ¶ In tex. ibi. [nisi sub hac forma. j. i. nisi j. x. dies. ut s. dictum est. & sic not. secundum Bal. q̄ tempus praefixum a lege ad aliquid faciendum dicitur concernere formam actus, & quod sit non servato tempore dicitur fieri contra formam quod no. diligenter ad statuta: secundum eum facit. ff. de excusa. tuto. l. scire oportet. §. consequens alibi forma refertur ad qualitatem. ut j. de fer. fu. l. mancipia. & haec faciunt ad questionem si datum est arbitrium potestati super maleficijs puniendis. utrum possit prorogare tempus statutum per statuta ad accusationem porrigendam, vel ad formandam inquisitionem. ar. est hic. quia arbitrium est datum circa ea quae concernunt qualitatem maleficij. & quantitatem poenae. sed tempus concernit formam, ex quo concernere videtur qualitatem. & ad hoc vidi allegari istum tex. cum dicto Bal. sed in l. si in lege. in princ. ff. loca. & est casus contra. & hoc puto verius. nam proprie loquendo tempus non concernit formam. licet largo modo dicatur de forma. ¶ Et not. in hac auth. aliam differentiam inter appellationem & supplicationem. quia appellatio semper fit ad superiorem, & coram eo non potest fieri ut ipse habeat cognoscere, nec valet consuetudo contrarium disponens. ut in c. ij. extra de consue. lib. vj. sed supplicatio potest fieri coram eodem: dummodo fiat. j. x. dies. & in hoc habet similitudinem cum restit. in integ. ut in l. praefecti. cum l. seq. ff. de mino. & etiam in alio quia pendente restitutione in integrum fit executio praestitis fideiussores. sicut hic. ut in c. suscitata. de in integ. restit. sed quaeritur quid in causa nullitatis, an ea pendente impediatur executio sententiae. Innoc. in c. cum in iure. de offic. deleg. dicit quod non minuit se legisse quod habeat impedire executionem. & sic poterit fieri etiam non praestitis fideiussores. sed secuta declaratione nullitatis retractabitur executio. vel dic melius. aut incipitur ab executione. & contra eam excipitur de nullitate. & tunc si fuerit

¶ Ego dicebam. Adde ad hoc Ale. de Imo. in cōsi. ccv. in ij. vol. & Franc. de Aret. in cōsi. cxxxvj. & vidi multa quae ponit hic d. laf. in ij. col. st.

¶ Si datum est arbitrium. Adde Doc. in c. quin tavallis. de iureiu. docto. in c. cum continetur. de arb. & q̄ ponunt Bar. & Alex. in l. si lege. ff. loc. & lo. de Imol. in l. filiultra. ff. de don. & in l. qui Romae. ff. de verbo. obli. & Ale. de Imol. in cōsi. lxxv. col. ij. & col. fin. in j. vol. Franc. Cur.

Pauli de Castro Prima super Codice.

a Tres sententiæ. Ad de. c. r. u. nobis. de ap. & in l. j. C. ne licet in vna ea. quæ causa ter. prouocare. & per Barb. in rub. de fo. c. 6. pe. in vj. col.

b Et si principalis. Adde de materia gl. in d. cle. & si principalis. vide gl. in ver. ex certa scientia. in d. j. de iudi. Rota deci. cccxxxj. in antiquis. Bal. in c. fi. per quos fiat inue. in v. l. seu.

c Excōicatio. Adde gl. in c. dilectus. el primo de rescrip.

d Nec pro alio. Adde gl. & Doc. in c. fina. de procura. Rota de. c. lio. ix. in ti. de rescrip. in antiquioribus.

runt latæ tres sententiæ. diffinitivæ conformes debet fieri executio non admittit dicta exceptione. vt est casus in cle. j. de re iudic. aut fuit lata vna sententiā, vel duæ tantum quæ transiuerūt in rem iudicatā. & tunc si probatio nullitatis requirit altiore indagi nē. idē. ar. l. satis aperte. j. de fal. aut offertur in promptu. & tūc debet in executione su perferri. vt no. per Bar. qui tangit istū pas sum in l. iij. §. cōdemnatū. ff. de re iud. ar. in l. ij. cum ibi no. j. de edic. diui adri. tol. nam in illo possessorio proceditur executiue. vt in l. edicto. eo. tit. & tamen impeditur exe cutio si obijciatur exceptio concernens pro prietatem. & offertur in promptu probatio. vt ille à quo. §. si in testamento. ff. ad treb. aut incipitur à nullitate. quia antequā peti ta sit executio ille contra quem lata est sen tentia dat libellum super nullitate. & tunc indistincte super sedetur in executione pro pter præuentionem iudicij. ar. in l. qui prior. ff. de iudi. & ita vidē seruari Florentiæ. nam festināter dant libellū nullitatis, antequā implorata sit executio & faciūt inhiberi tam iudici ad quē exe cutio pertinet, quā etiam parti ne lite super nullitate pendente procedatur ad executionem. & vidē allegari no. per Bal. hic licet ipse non dicat eo modo quo. s. dixi nec ex eius dictis apparet ve ritas. sufficit. Veniamus ad gl. In gl. j. opponitur duobus modis. primo q. præfectus non possit cognoscere de sua sententiā. vt eā retractet. vt l. eos. j. de appel. Sol. verum est per viam appellatio nis, per quam quis implorat non misericordiam. sed ius cōmune hic quando per viam supplicationis, in qua implorat misericor diam, sed ius cōmune: sicut cū petitur in integrum restitutio: sed contra adhuc. nam in integ. restitutio non debet peti coram infio riore: vt in l. minor autem. ff. de mino. sed ille tex. probat cōtrariū dum dicitur quod porrigitur corā consiliarijs præfecti, qui sunt inferiores. gl. ppter hoc reprehendit Bul. & Pla. qui intelligebant q. isti consiliarij haberent cognoscere & retractare sententiā præ fecti & tenet q. porrigitur coram eis, non vt cognoscent & retra ctent, sed vt referant præfecto prætorio. & per istum tex. videtur

4 q. appellatio possit porrigi notario iudicis appellationis absq. præsentia ipsius iudicis. & similiter instrumenta causæ & etiam testes possint produci coram notario causæ, etiam iudice absen te. & videatur productio rite facta, si facta est j. tempus à iure vel statuto præfixum: nec possit opponi quod non valeant. & q. nō faciant fidem sicut si non essent producta. vt hic videtur tenere Bar. per hunc tex. & etiam j. de appel. l. eos. cum ibi not. per gl. super verb. firma. & in l. ij. in fi. j. de iur. fis. lib. x. Bal. hic. & in l. ij. de eden. & in l. hac consultiissima. §. si quis autē. de testa. tenet cō trarium per no. per gl. ibidem. & in l. iubemus. de li. cau. & istum tex. & istam. l. eos. dicunt. intelligi in illis officialibus qui habebāt ad hoc specialem cōmissionem: vel dic quod in casu huius. l. etia sine speciali cōmissione procedit: quia hoc permittitur per hāc l. Sed in casibus tactis per Bar. habet locum dictum Bal. in pro ductione instrumentorum & testium: quia probationes debent fieri iudici. libellus verō & exceptiones videntur posse porrigi coram notario sine præsentia iudicis. arg. huius tex. nec hic obstat notata in d. l. iubemus: quia ibi loquitur in probationibus. † In gl. fi. pro eius declaratione opponitur contra si. nam innuit q. si sup plicatio fuit porrecta post decē dies, valeat: quia dicit exceptio nem tunc fieri saluo iure retractionis: quæ retractatio venit sien da virtute supplicationis q. si nō valeret, nō fieret: sed cōtra. quia supplicatio subrogat loco appellatiōis: ergo sicut nō licet appella re post decem dies, nec etiā supplicare. timore huius dixit Azo. quod iste finis debet intelligi q. allegabatur nullitas sententiæ: tunc em non proceditur per viā supplicationis: sed iuris cōis. & posset allegari q. nōcūq. etiā vsq. ad xxx. annos. vt l. si expressim. cū ibi nota. ff. de app. sed q. sententiā esset valida, & peteret rescin di, tūc peteret per viā supplicationis, & pcederet cōtrariū: sic er go sentit Azo. expressē referendo dictū suum ad tex. q. causa nul litatis non impedit executionem, alij intelligunt de ipsa supplica tione, de qua loquitur prin. & sic q. inia erat valida. & ad cōtra riu mīdetur. q. alterius nature est supplicatio quā appellatio: cum

per appellatiōem rescindatur pronuntiatiū. ideo præfigitur minus tps ad appellandū. sed p supplicationē nō rescindit pronuntiatiū: ideo præfigitur maius tps, scilicet biēniū. vt in d. l. j. de offi. psec. preto. & q. in prin. dixit decē diebus. locū habet quādo vult q. nō mittat inia executiōi nisi datis fideiussoribus. sed si de hoc nō curat, pōt supplicari post decē dies. & istam cōiter tenent Doc.

3 Excommunicatus non potest aliqui impetrare a principe, nec pro se nec pro alio. Rescriptum potest impetrari pro alio ab eo qui non habet mandatum nisi afferat se habere & non habeat.

3 Statutum si dicat quod consilium debeat congregari ad sonum campanæ & vocem præconis, & quod proposita debeat fieri per priorem ancianorum, si non appareat q. in congregatione fuerit seruata ista forma: an illud quod fiet erit nullum?

4 Quid in congregationibus scholarium factis super facto seu electione rectoris nō interueniente iussu & mandato rectoris ueteris?

LEX VI.

Niuerfis. Rescriptū principis non vitatur ex persona illius qui libellū supplicato riū porrexit, licet sit talis qui ad agendū vel actū expli candū non sit habilis vt seruus. h. d. & pone casum q. seruus meus porrexit supplicationem principi, in qua petijt causam quæ erat inter te & me alicui cōmitti. & princeps rescripsit, & commisit: certē valet non inspecta persona serui. Op. de l. j. s. e. vbi seruus est inhabilis ad supplicandū principi: nisi cum suppli cat de morte dñi sui. Dicunt quidā q. licet posset repelli à prin. si tamē nō sit repulsius, sed princeps signauit supplicationē porre ctā per seruū, & rescriptū emanauit, nō vitatur. multa em fieri prohibētur quæ facta tenēt. l. patre furioso. de his qui sui vel alie. iu. vel dic melius. q. aut seruus supplicat pro se, vt admittat ad ali quid faciendum, & tunc nō admittitur, & rescriptum per eū im petratū nō valet. fallit in casu. d. l. j. Itē si princeps ex certa scientia hoc faceret quia censetur personam suā habilitare: tūc aut videtur ex certa scientia, quando fieret mentio in rescripto de serui conditione: q. apponere clausula nō obstat q. sit seruus: vel poneretur in restitutione q. princeps ex certa scientia hoc facie bat. aliās non videretur fieri ex certa scientia: licet probaret q. princeps scituit. Gloss. est notabilis in cle. & si principalis. de rescri. in glo. fin. sicut non dicitur fecisse motu proprio: nisi hoc in rescripto contineatur expresse: vt in c. si motu proprio. de prebē. li. vj. & no. in l. j. de peti. bo. subla. lib. x. hic autē loquimur quādo impetravit pro alio. & tunc non curatur quis sit ille qui porrexit supplicationē: sed quis sit ille pro quo rescriptū emanauit. † Sed cōtra extra gl. de c. j. de rescri. lib. vj. Sol. speciale est in excōicatioe vt nō possit impetrare pro se nec pro alio vt rubore cōfusus re deat ad gremiū ecclesiæ. & interim excōicatioe durante vitatur eius conuersatio. Itē adhuc opp. de c. nonnulli. de rescri. in decre. vbi nō valet rescriptū impetratū p illū q. nō habet mādātū. So. ve rū est si afferat se habere, q. est subreptitiū ppter mādaciū. sed si hoc non asserat, valet si ille pro quo impetratū ratum, habet. & ita obseruatur nec curatur cuius conditionis sit per hanc legem.

3 per eam dicit Bar. hic si statutum dicat q. consilium debeat cōgregari ad sonum campanæ & vocem præconis. & quod propo sita debet fieri per priorem ancianorum. reperitur consilium cōgregatum, & propositam factam, & reformationem subsecutam non tamen apparet quod in congregatione fuerit seruata forma statuti quod ad sonum campanæ & vocem præconis. & quod pr. posita fuerit facta per priorem: an dicta reformatio erit nul la: tenet ipse quod non. imō valet. per argu. huius. l. quia sufficit concilium fuisse in vnum congregatum. ad quod etiam facit no. in l. humanum. s. de leg. vbi datur certa forma ad concedendum

4 leges. & tamen valent ea non seruata. vt ibi no. † Et not. hic pro congregationibus scholarium quæ fuerunt facte illo anno super facto rectoris non interueniente iussu & mandato rectoris vete ris. prout dicitur in statuto. nam ipse dicit: at non fuisse vniuersi tatem legitime congregatam & non valuisse gesta per eam. sed contrariū patet hic per no. hic per Bar. & in l. ij. de decur. lib. x.

3 Rescriptum per quod remittitur pena, an valeat. & nu. 4.

3 Per rescriptum quod ius possit princeps alteri tollere. & nu. 4.

4 Rescriptum si est contra ius, non tamen prohibetur expresse impetratio: sed si alteri parum nocet.

LEX VII.

Rescripta. Lex ista ponit vnam regulam negati uam. quod rescripta impetrata cōtra ius cōtra tenorē. l. cōtrariū disponētis nō valēt: q. nō cōsen tur

ut habere voluntatē principis: sed per importunitatem obtinere intentio principis sit q. leges seruentur. Item ab ista regu-
la ponit duas exceptiones. prima est. quādo nulli nocerēt, & pro-
desse petenti. ex qua exceptione apparet q. regula intelligi-
tur quando sunt alteri nociua. sup. non parum. sed multum. vt s.
eo. l. quoties. & hoc in gl. ij. & ad hoc j. de p. p. l. i. c. ubi. l. fin.
lib. xij. Alia exceptio est. quando contineret indulgentiam deli-
cti. lib. di. iam cōmissi. nam super committendo nō potest cō-
cedi rescriptum. & si concederetur. non valeret: quia praeberet
materiam delinquendi: sicut nec valeret pactum: vt in l. cōueni-
re. de pac. dota. ¶ Item intellige quando per rescriptum remitti-
tur poena ex qua fiscus non augetur. vt poena corporalis: vel in-
fama: vt gl. si. Si verō pecuniaria: ex qua fiscus augetur: vel con-
fiscatione bonorū: tunc videtur quod nō valeat: quia esset dāno-
sum rei publicae: vt s. eo. l. nec dānosa. vel dic secundū Bal. ibidē
quod si poena nondū est exacta. nō reputatur rescriptum dāno-
sum propter odium poenae: secus si esset exacta. vt j. de peti. bon.
subla. l. i. Et est canonizata ista l. xxv. q. ij. c. rescripta. & fuit Theo-
doli. & valentiniani. & ibi vide bonā glo. quae exemplificat istā
regulā multis modis inter alios per l. causas vel lites. j. de trāfact.
& l. peremptorias. j. sen. res. in. nō pos. & s. eo. l. quoties. ver. quid
autem procedit autē ista: nisi in rescripto cōtineatur clausula nō
obstante quacūq. l. contrarium disponente. vel nisi in eo dice-
retur quod princeps cōcessit motu proprio. nā ista verba habent
vim clausulae praedictae. vt in d. l. j. de pe. bo. subla. vel nisi dicere-
tur quod ex certa sciētia princeps concessit. vt in l. idem Vlpia-
nus. ff. de excu. tut. iuncta glo. quae est in cle. & si principalis. de
rescrip. ¶ Intelligo tamē omnia ista in his quae princeps potest fa-
cere seu tollere: vt sunt ista quae consistunt in iure ciuili. secus in
his quae non potest: vt in his quae consistunt in iuregen. vel natu-
rali secundum not. per gl. in l. quoties. s. eo. & per Cyn. hic. & per
Bar. in l. si contra ius vel vit. publi. Item intelligo in his quae
quis acquiritur ex suo facto vel industria. quae difficiliter pos-
sunt ubi auferri iuxta ea quae not. in l. id. quod. ff. de lega. j. sed in
his quae ipse princeps cōcessit. licet ius esset alteri acquisitum. si
tamen ille esset subditus. sicut princeps cōcessit ita & auferre po-
test. vt patet in priuilegijs ex quibus acquiritur ius ei cui cōcessa
sunt. & tamē cōcedens potest auferre. si cōcessit vt princeps. &
per modum priuilegiij. secus si vt priuatus. & per viam cōtractus
ad quod vide q. ponit Bal. post Nico. de ma. in l. qui se patris. j.
vnde libe. Item si per modū priuilegiij cōcessisset ei qui nō esset
sibi subditus: vt Papa alicui laico: vel Imperator alicui ecclesiae:
nam nō posset sibi auferre: vt sentit Inn. in c. nouit. de iudi. super
ver. Theodolius. De prima autē exceptione pone hic exemplū
per l. si quando. j. de inoffi. test. si cōcederet alicui q. posset testa-
ri sine solennitate iuris: sed quid si concedit pupillo quod testari
posset: Bal. sentit non valere. nisi rescriptum cōtineat clausulam
vel aliā de iudicis tribus. quia tendit in praedictū venien-
tium ab iudicis tribus. cōtrarium puto. quia illi nullum ius habet vi-
uente pupillo. vnde nō possunt cōquari. quia videretur solliciti
de hereditate viuētis. valet ergo rescriptū qn alteri non nocet. li-
cet sit cōtra ius: etiā si nō cōtineat aliquod de dictis tribus. & idē
qn cōtinet indulgentiam criminis. aliā nō esset differentia inter
regulā & exceptiones. ¶ In gl. j. ibi [non autem potest intelligi. j]
dic. l. illud quod hic dicitur in ver. [nisi. j] q. qn rescriptū contra
ius nocet: & prodest petenti. valet: quod ego intellexi etiā si conti-
neat clausulā derogatoriā. vel motū propriū. vel certā sciētiā.
nā illud nō potest intelligi eo casu quo per l. expresse prohiberetur
impetratio: quia tūc etiā si neminē lederet. nō valeret: subaudi
tū cōtineret clausulā derogatoriā. vel motū propriū: aut certā
sciētiā: vt in l. j. si nup. ex rescri. pete. & l. ij. s. de sum. trin. quina-
imō. lac. ra. dicit requiri etiā secundā iuslōnē. Pet. cōtra. quod
est verius: vt dixi s. eo. l. nec dānosa. aut ergo rescriptū est secun-
dum ius. & valet: etiā si alteri noceat: aut est cōtra ius. & tūc aut
prohibetur expresse impetratio: & non valet: etiā si nulli noceat:
aut nō prohibetur expresse impetratio. & tūc aut alteri multum
nocet. & nō valet: vt in regula huius l. nisi cōtineat alterū de illis
tribus. aut nulli nocet. vel parū: & tūc valet etiā si nullum de
praedictis cōtineat. Vltimō opp. cōtra vltimā excep. de l. venia. j.
de in ius voc. Sol. ibi poena veniebat applicāda parti. vnde prin-
ceps per suū rescriptum sibi nō aufert. nec valeret rescriptū non
continens clausulam derogatoriā. secus quādo venit applicāda

fisco. & ita intelligitur hic. sed cōtra de l. mācipia. j. de ser. fugi. in
fi. Sol. speciale est ibi in officialibus publici qn delinquit in offi-
cio negligēdo. vel malē faciendo: vt nō valeat rescriptū cōtinēs
remissionē poenae: subaudi si nō cōtinet clausulam derogatoriā.
¶ Actor in suo libello quando facit mentionem de aliquo instrumento. si
dicat substantiam. & referat se ad instrumentum. & item in appellatione. qui habet
necessē in appellatione facere mentionem de sententia lata contra se.
¶ Quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti a parte quod cōtinet diuersa capitula.
non debet fieri nisi de eo quod pertinet ad petentem. & item si peteret a notario.
iudici debet totum instrumentum exhiberi.

LEX VIII.

Instrumentorum. ¶ Quando in supplica-
tione principi porrigē-
da necesse est facere mentionē de aliquo instrumēto.
nō debet. nec est necesse ponere totum tenorē de ver-
bo ad verbum: sed sufficit & debet fieri mētio de substantia in bre-
uibus verbis si tamē in aliquibus verbis instrumenti oriret quē-
stio. debent illa sola inferri: & non alia. h. d. ¶ No. ergo q. actor in
suo libello qn facit mentionē de aliquo instrumēto. debet serua-
re formā huius l. quia nō debet esse verbosus. sed sufficit q. dicat
substantiā. & remittat se ad instrumentū: puta vt cōtineat in instru-
mento publico manu talis notarij. & eodē modo appellans: qui
habet necesse in appellatione facere mentionē de sententia lata
cōtra se. vt nō habet necesse ponere totum tenorē sententiae de
verbo ad verbum: sed sufficit q. exprimat substantiā eius quod est
contra se: facit l. si. s. in his. j. de temp. app. ¶ Item Cy. inducit istū
tex. in sol. & c. quando pars petit sibi fieri copiam instrumenti a
parte quod cōtinet diuersa capitula. non est fienda: nisi de eo
quod pertinet ad petentem. vnde si legatarius petat. debet sibi
fieri copia de particula sui legati: & etiā institutionis. a qua le-
gatum dependet: non de alijs legatis vel particulis: & idem si pe-
teret a notario qui qui rogatus: quia notarius non debet sibi pu-
blicare nisi particulam ad ipsum pertinentem. Decretalis autem
contingit. de fide instru. declarat q. iudici debet totum instrumē-
tum exhiberi: sed ipse debet mandare vt tradatur parti petenti so-
lum particula quae pertinet ad eum.

Quando libellus principi datur lit. contest. faciat. Rubr.

1. Rescriptum non trahitur retro ad tempus date supplicationis. sed in eo ponitur tē-
pus signate supplicationis.
2. Rescriptum delegationis impetratum contra Titium. etiam si iuritate ipsius Titius nun-
quam fuit in ius uocatus. & mortuus sit. extenditur cōtra heredes eius: licet in re-
scripto de herede nulli sit facta mentio.
4. Quā si rescriptum non faceret actionem transitoriam ad heredem.

LEX I.

Dubium. ¶ Supplicatio porrecta principi su-
per obtinendo iudice delegato in
actione praetoria & temporali. si rescriptū & dele-
gatio fuerint subsecuta. habet vim lit. cōtest. quā-
tum ad duos effectus. s. vt faciat illam actionem
transitoriam ad heredē. licet de sui natura nō esset: & sic perpe-
tuat actionē quō ad transmissionē. Item quō ad faciendū ipsam
perpetuā respectu tēporis: quia si erat annalis. vel minoris tēpo-
ris. perpetuat vsq. ad quatuor annos: sicut per verā contestatio-
nem. h. d. ista l. cū seq. & sunt notabiles. Praemitte q. actiones pre-
toriae & poenales regulariter sunt annales. vel minoris tēporis. &
nō trāseūt cōtra heredē ante lit. cōtest. vt in l. de perpe. & tēpo.
act. & idē si sint rei persecutoriae. tamen datur cōtra dispositionē
iuris ciuilis. vt est vtilis actio rescissoria personalis vel realis. quae
datur concessa restitutione: vt in l. fin. j. quib. ex cau. ma. & in l. in
honorarijs. s. sed cum rescissa. ff. de actio. & obli. dicitur etiā in
istis l. quod si super eis porrigatur supplicatio principi. vt det iu-
dicem delegatū. & sequatur datio. perinde est ac si lis foret con-
testata. sicut per veram contestationem perpetuaretur respectu
transmissionis ad heredem. & respectu tēporis. vt in l. fin. j. de
anna. excep. ita etiā per talem libellum supplicatorium secuto
respectu in alijs autem actionibus ciuilibus de sui natura perpe-
tuis qualiter interrumpatur praescriptio. & perpetuet actio. dic vt
in l. si in prin. ff. de eo per quem fac. erit. & ibi vide Bar. nam in il-
lis non habent locum iste l. ¶ Venio ad casum or. ecc. & nota
quod l. j. supplet primam. quia prima videretur requirere so-
lum obligationem praecum. sed l. ij. supplet quod requiritur etiā